

### SECCION III.

*La Vico della Verità*, de Roma, anuncia que un invento digno de la fama de Bacon acaba de ser realizada por un humilde hijo de San Francisco, el Padre Paulin, vicario del Convento de capuchinos de Santa Margarita, cerca de Génova.

Este Padre asegura haber descubierto el medio de evitar las colisiones de trenes. Un estudio apasionado de las ciencias físicas y naturales le ha guiado en sus investigaciones y en sus ingeniosos ensayos. Inspirándose en las teorías de Bacon, profundizó el problema y encontró su feliz solución.

Hé aquí en qué consiste este invento:

Una batería eléctrica, provista de un cuadro indicador, se instala en una locomotora, en la que ocupa un espacio muy reducido; la batería puede ser regulada y dirigida por el maquinista y ponerse en relación directa con cada una de las estaciones. En el caso inminente de un choque, este avisador eléctrico lo señala á tiempo é indica si el peligro se halla delante ó detrás del tren.

El aparato es muy sencillo y de fácil aplicación. En pocos meses podría instalarse en todas las vías férreas italianas.

El Padre Paulin ha obtenido de sus superiores la autorización de ir á Roma para hacer la prueba experimental.

Si la prueba da buenos resultados, la Orden de San Francisco podrá gloriarse de haber dotado al mundo con un nuevo y útil invento, debido á uno de sus hijos que no trabajan sino para la gloria de Dios y el bien de la humanidad.

### ASOCIACION

DEL CULTO PERPETUO

### DE SENOR SAN JOSE.

Por disposición superior, y para conocimiento de los Sres. Celadores Principales de tan importante Asociación y demás personas á quienes corresponda, hacemos constar que el personal de la Mesa Directiva ó Central de aquella, se ha instituido de la manera siguiente:

Presidente y Tesorero, Sr. Pbro. Dr. D. Jesús Alonzo, Prosecretario de la Sagrado Mitra.


Vicepresidente y Secretario, Sr. Pbro. D. José Arnulfo Jiménez; y que las oficinas respectivas quedan instaladas, desde esta fecha, en el Palacio Arzobispal.

Imprenta, Encuadernación y Rayados

de Luis G. González.—Alcalde, 8<sup>1</sup>/<sub>2</sub>.

## COLECCION

DE DOCUMENTOS



ECLESIASTICOS.

Imp. de Luis G. González. Alcalde 8<sup>1</sup>/<sub>2</sub>.

Resp. Jesus Berruoco.

TOMO IX GUADALAJARA,

DICIEMBRE 8 DE 1900.

NUM. 71

### SECCION I.

## LEO PAPA XIII

### DE IESV CHRISTO

### REDEMPTORE.

Venerabiles Fratres Salvtem Apostolicam

Benedictionem,

Tametsi futura prospicientibus, vacuo a sollicitudine animo esse non licet, immo vero non paucae sunt nec leves extimescendae formidines, cum tot tamque inveteratae malorum causae et privatim et publice insideat: tamen spei ac solatii aliquid videntur haec extrema saeculi divino munere peperisse. Nemo enim existimet, nihil habere ad communem salutem momenti renovatam cogitationem bono-

rum animi, fideique et pietatis christianae excitata studia: quas quidem virtutes revirescere apud complures aut corroborari hoc tempore, satis expressa signa testantur. En quippe in medio illecebrarum saeculi ac tot circumiectis pietati offensionibus, tamen uno nutu Pontificis undique commeare Romam ad limina sanctorum Apostolorum multitudo frequens: cives pariter ac peregrini dare palam religioni operam: oblataque Ecclesiae indulgentia confisi, parandae aeternae salutis artes studiosius exquirere.

Quem praeterea ista non moveat, quae omnium obversatur oculis, erga humani generis Salvatorem solito magis incensa pietas? Optimis rei christianae temporibus facile dignus iudicabitur iste ardor animi tot hominum millium una voluntate sententiaque ab ortu ad solis occasum consalutantium nomen laudesque praedicantium IESV CHRISTI. Atque utinam istas a vitae religionis velut erumpentes flammamas magnum incendium consequatur: exemplumque excellens multorum reliquos permoveat universos.

Quid enim tam huic aetati necessarium, quam redintegrari late in civitibus indolem christianam, virtutesque veteres? Illud calamitosum, alios et quidem nimis multos obsurdecere, nec ea, quae ab eiusmodi pietatis renovatione monentur, audire. Qui tamen si *scirent donum Dei*, si reputarent nihil fieri posse miserius quam descivisse a liberatore orbis terrarum, moresque et instituta christiana deseruisse, utique exsuscitarent et ipsi sese, certissimumque interitum effugere converso itinere properarent.—Iamvero tueri in terris atque amplificare imperium Filii Dei, divinorumque beneficiorum communicatione ut homines salvi sint contendere, munus est Ecclesiae ita magnum atque ita suum, ut hoc in opere maxime omnis eius auctoritas ac potestas consistat. Id Nos in administratione Pontificatus maximi perdifficil illa quidem ac plena curarum, videmur ad hunc diem pro viribus studuisse: vobis autem, venerabiles Fratres, usitatum certe est, immo quotidianum, praecipuas cogitationes vigiliasque in eodem negotio Nobiscum consumere. Verum utrique debemus pro conditione temporum etiam maiora conari, nominatimque per sacri opportunitatem Anni disseminare latius notitiam atque amorem Iesu Christi, docendo, suadendo, hortando, si forte exaudiri vox nostra queat, non tam eis, dicimus, qui effata christiana acciperent pronis auribus consuevere, quam ceteris omnibus longe miseris, christianum

retinentibus nomen, vitam sine fide, sine aere Christi agitantibus. Horum Nos maxime miseret: hos nominatim velimus, et quid agant et quorsum evasuri sint, ni resipuerint attendere.

Iesum Christum nullo unquam tempore nullaque ratione novisse, summa infelicitas est, vacat tamen pervicacia atque ingrati animi vitio: repudiare aut oblivisci iam cognitum, id vero scelus est adeo tetrum atque insanum ut in hominem cadere vix posse videatur. Principium enim atque origo ille est omnium bonorum: humanumque genus, quemadmodum sine Christi beneficio liberari nequiverat, ita nec conservari sine eius virtute potest. *Non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oportet nos salvos fieri* (1) Quae vita mortali sit, unde exsulet Iesus. *Dei virtus et Dei sapientia*, qui mores, quae exempla rerum non satis docent exemplo suo expertes christiani luminis gentes? Quarum qui parumper meminert vel adumbratam apud Paulum (2) caecitatem mentis, depravationem naturae, portentosa superstitioinum ac libidinum, is profecto defixum misericordia simul atque horrore animum sentiat.

Comperta vulgo sunt, quae memoramus hoc loco, non tamen meditata, nec cogitata vulgo. Neque enim tam multos abalienaret superbia, aut socordia len-

1 Act. IV, 12.

2 Ad. Rom. 1.

gueretur, si divinorum beneficiorum late memoria coleretur, saepiusque repereret animus, unde hominem Christus eripuit, et quo provexit. Exheres atque exsul tot iam aetates in interitum gens humana quotidie rapiebatur, formidolosis illis aliisque implicata malis, quae primorum parentum pepererat delictum, nec ea erant ulla humana ope sanabilia, quo tempore Christus Dominus, demissus e caelo liberator, apparuit. Eum quidem victorem domitoremque *serpentis* futurum, Deus ipse in primo mundi ortu sponderat: inde in adventum eius intueri acri cum expectatione desiderii saecula consequentia. In eo spem omnem repositam, sacrorum fata vatam per diu ac luculente cecinerant: qui in etiam lecti cuiusdam populi, varia fortuna, res gestae, instituta, leges, caeremoniae, sacrificia, distincte ac dilucide praesignificaverant, salutem hominum generi perfectam absolutamque in eo fore, qui sacerdos tradebatur futurus, idemque hostia piacularis, restitutor humanae libertatis, princeps pacis, doctor universarum gentium, regni conditor in aeternitate temporum permansuri. Quibus et titulis et imaginibus et vaticiniis specie variis, re concinentibus, ille designabatur unus, qui propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos, pro salute nostra sese aliquando devoveret. Sane cum divini venisset maturitas consilii, unigenitus Filius Dei, factus homo, violato Patris numini cumulatissime pro hominibus uberrimeque satisfecit de sanguine suo, tantoque redemptum pretio vindicavit sibi genus humanum. *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis: . . . sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati.*

[1] Ita omnes in universum homines potestati iam imperioque suo subiectos quod cunctorum ipse et conditor est et conservator, vere proprieque redimendo, rursus fecit iuris sui. *Nen estis vestri: empti enim estis pretio magno.* (2) Hinc a Deo instaurata in Christo omnia. *Sacramentum voluntatis suae, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo.* [3] Cum delesset Iesus chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, affigens illud cruci, continuo quievere caelestes irae; conturbato errantique hominum generi antiquae servitutis liberata nexa, Dei reconciliata voluntas, reddita gratia, reclusus aeternae beatitudinis aditus, eiusque potiundae et ius restitutum et instrumenta praebita. Tum velut excitatus e veterno quodam diuturno ac mortifero dispexit homo lumen veritatis concupitum per tot saecula quaesitumque frustra: in primisque agnovit, ad bona se multo altiora multoque magnificentiora natum quam haec sint, quae sensibus percipiuntur, fragilia et fluxa, quibus cogitationes curasque suas antea finierat: atque hanc omnino esse humanae constitutionem vitae, hanc legem supremam, huc tamquam ad finem omnia referenda. ut a Deo profecti, ad Deum aliquando revertamur. Ex hoc initio et fundamento recreata revixit conscientia dignitatis humanae: sensum fraternae omnium necessitudinis excepere pectora: tum officia et iura, id quod erat consequens, partim ad perfectionem adducta, partim ex integro constituta, simulque tales ex-

1 1 Pet. 1, 18-19.

2 I. Cor. VI, 19-20.

3 Eph. 1, 9-10.

citatae passim virtutes, quales ne suspicari quidem nlla veterum philosophia potuisset. Quamobrem consilia, actio vitae, mores, in alium abiire cursum: cumque Redemptoribus late fluxisset cognitio, atque in intimas civitatum venas virtus eius, expultrix ignotantiae ac vitiorum veterum, permanasset, tum ea est conversio rerum consecuta, quae christiana gentium humanitate parta, faciem orbis terrarum funditus commutavit.

Istarum in recordatione rerum quaedam inest, venerabiles Fratres, infinita iucunditas, pariterque magna vis admonitionis, scilicet ut habeamus toto animo, referendamque curemus, ut potest, divino Servatori gratiam.

Remoti ob vetustatem sumus ab originibus primordiisque restitutae salutis: quid tamen istac referat, quando redemptionis perpetua virtus est, perenniaque et immortalia manent beneficia? Qui naturam peccato perditam reparavit semel, servat idem servabitque in perpetuum; *Dedit redemptionem semetipsum pro omnibus...* (1) *In Christo omnes vivificabuntur...* (2) *Et regni eius non erit finis.* [3] Itaque ex aeterno Dei consilio, omnis est in Christo Iesu cum singulorum, tum universorum posita salus: eum qui deserunt, hoc ipso exitium sibi privatim coeco furore consciscunt, eodemque tempore committunt, quantum est in se, ut quam malorum calamitatumque molem pro pietate sua Redemptor depulerat, ad eam ipsam convictus humanus magna iactatus tempestate relabatur.

Rapiuntur enim errore vago optata ab meta longius, quicumque in itinera se devia coniecerint. Similiter si lux veri

1 I Tim. II, 6  
2 I Cor. XV, 22.  
3 Luc. I, 33.

pura et sincera respuatur, offundi caliginem mentibus, iniseraque opinionum pravitate passim infatuari animos necesse est. Spes autem sanitatis quota potest esse reliqua iis, qui principium et fontem vitae deserant? Atqui via, veritas et vita Christus est unice. *Ego sum via, et veritas, et vita:* [1] ita ut, eo posthabito, tria illa ad omnem salutem necessaria principia tollantur.

Num disserere est opus, quod ipa res monet assidue, quodque vel in maxima mortalium bonorum affluentia in se quisque penitus sentit, nihil esse, praeter Deum, in quo voluntas humana absolute possit atque omni ex parte quiescere? Omnino finis homini, Deus: atque omnis haec, quae in terris degitur, aetas similitudinem peregrinationis cuiusdam atque imaginem verissime gerit. Iamvero *via* nobis Christus est, quia ex hoc mortali cursu, tam laborioso praesertim tam due accipiti, ad summum et extremum bonorum, Deum, nulla ratione pervenire, nisi Christo auctore et duce, possumus. *Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* [2] Quod modo nisi per eum? Nempe in primis et maxime, nisi per gratiam eius: quae tamen *vacua* in homine foret, neglectis praeceptis eius et legibus. Quod enim fieri, parta per Iesum Christum salute, oportebat, legem ipse suam reliquit custodem et procuratricem generis humani, qua nimirum gubernante, a vitae pravitate conversi, ad Deum homines suum securi contenderent. *Euntes docete omnes gentes...* *docentes eos servare omnia quaecumque mandavit vobis.....* [3] *Mandata mea servate* (4).

[CONCLUDIRA]

1 Io. XIV, 6.  
2 Io. XIV, 6.  
3 Mat. XXVIII, 19-20  
4 Io. XIV, 15.

## SECCION II.

### EPHEMERIDES LITURGICAE.

#### QUAESTIONES.

##### II

Quaeritur secundo loco. An praefati dies revera ab obitu computari debeant, vel etiam a die sepulturae seu depositionis computari valeant, iuxta antiquam et praesentem disciplinam?

*Dies obitus*, nempe quo alicuius hominis mors accidit, confundi facile potest cum *die depositionis*, si *to deponere* accipiatur in sensu demolienti, supplantandi, cessandi, iuxta illud quod Petrus, loquens de sua proxima morte, aiebat: "Certus sum, quod velox est depositio tabernaculi mei:" sed si *to deponere* accipiatur alio in sensu, videlicet, committendi curae et diligentiae alterius, et, loquentes non de homine vivente, sed iam defuncto, et accipiatur pro depositione cadaveris illius, pro ipsa humatione exanimis corporis, sicut Sanctus Andreas dixit: "Tempus est ut commendetur terrae corpus meum", dies obitus differre potest ab illo depositionis. *Dixi potest*, namque nil prohibet quin cadaver sepeliatur die ipso mortis; at ordinarie id evenit uno, duobus aut pluribus post diebus. Ve-

rumtamen ex modo loquendi, quo Ecclesia utitur in Decretis, eruitur ipsam, parvam aut nullam ponere distinctionem inter unum et alterum; et quamvis reipsa differre possint, tamen in Missae collecta, quae dicitur die sepulturae, etiam protractae, cantat: "Pro anima..... quam hodie de hoc saeculo migrare iussisti", idque ea de causa, quod mortis diem moraliter perseverare intendit usque ad sepulturam. Hinc ecl. De Herdt opportune notat: "Per diem obitus seu depositionis intelligitur totum spatium ab instante mortis, usque ad sepulturam, quod in favorem recens defuncti reputatur pro uno eodemque die, licet unus aut plures intercedant." Si Rubricam Missalis (post *Mi sam in die obitus, seu depositionis defuncti*) inspicias, videbis potius a depositione numerandos esse, ait enim: "In die III, VII et XXX *depositionis* defuncti dicitur Missa ut supra, etc", et haec est sententia Guyeti, quam tenet et Gavantus, seu potius tolerat. Sed nullimode insistendum est, ut vidimus, super vocabuli significatione, dum Ecclesia promiscue utraque utitur, quod palam fit ex pluribus Decretis, in quibus, videre datur et anniversaria legem sequi posse dierum III, VII et XXX quos aequant, maiori defuncti utilitati prospiciendo. Hinc die 23 augusti 1756, per S. Rituum Congregationem, decrevit: "Praedictas dies III, VII et XXX numerari posse a die obitus sive a die sepultu-

rae, iuxta diversam Ecclesiarum consuetudinem"; item alias similiter crevit loquens etiam de anniversariis. Hinc bene *Ephem. rides Liturgicae*, mense Ianuario huius anni: "Dies III VII, XXX et anniversaria possunt comprehendere diem obitus, sed non est necessarium, cum possint computari etiam a die sepulturae."

III. Quid ius vigens statuatur circa eorum dierum privilegia, impedimentum et traslationem? Et num in pluribus Ecclesiis recoli licete possint?

Respondemus: 1. Privilegia, quae dies III, VII, XXX et anniversarium defunctorum distinguunt, haec sunt: Quando celebrantur cum cantu, sive Ministris paratis assistentibus, sive non, celebrari possunt quocumque die etiam ritus duplicis, exceptis festis de praecepto, aliisque ritus classici [1. et 2. class.] sicut et infra octavas privilegiatas Nativitatis, Epiphaniae, Paschae, Pentecostes et SS. Corporis Christi; nec non Feria IV Cinerum, maiori hebdomada, et Vigiliis Nativitatis et Pentecostes. Ratione tandem non ritus, seu solemnitate, sed venerationis in SS. mum Sacramentum, excipiuntur etiam dies eius permanentis et solemnitate expositionis (S. R. C. 5 Mart..... 1738; 2 Aug. 1733; 4 Sept. 1745; 8 Aug. 1860, etc.). Celebratur autem Missa propria diei obitus, Orationibus exceptis, quae peculiare sunt, et in Missali inveniuntur ad calcem

praefatae Missae; unica dicitur Oratione, cum *Sequentia* (19 Jun, 1700, 23 Aug. 1766, etc.) Opinatur Cavalerius, in Ecclesiis pauperibus, aut in favorem non valentium expensas sustinere, Missam lectam in casu celebrari posse pro defuncto, cum privilegiis cantatis Missis propriis; sed haec sententia, ex pluribus Decretis, hodie saltem, amplius sustineri haud valet. Circa Anniversaria notandum est, non multo ante tempore tunc tantum gaudere privilegiis, cum a testatore fundata fuissent, aut perpetuo fixe assignata; nunc vero (Decr. S. R. C. d. d. 2 Decembris 1891, ad 1, [núm. 3753]), sive fundata sive non, celebrari valent et cum suis privilegiis, Quod dictum est pertinet ad Anniversaria *propre dicta*, nempe recolenda, die eodem quo mors aut depositio evenit; namque si sermo est eorum, qui semel in anno a communibus die non vero obitus, neque semel pro semper fixa, sed libera; prout est illorum quae infra octavam defunctorum, etiam a privatis personis, requiruntur, quae nuper anniversarium improprii nominis appellatione, per S. R. C. Decretum distincta nunt, minori gaudent privilegio, et non permittuntur, praeter dies superioris pro ceteris enumeratos, etiam in duplicibus maioribus. Si vero huiusmodi anniversaria requiruntur cum Missa de requie absque cantu, excluso privilegio, non nisi diebus Semiduplicibus aut inferioribus celebrari valeant, privilegio retento Missae

propriae cum unica Oratione et *Sequentia*.

2. Quando dies isti, aliquo liturgico impedimento, ex superius recensitis, recoli nequeunt, translationis aut anticipationis iure praediti sunt, quod intelligendum est pro die proxime lit era, semper iuxta privilegium nempe etiam si ritus sit duplicis maioris (S. R. C. Die 2 Decemb. 1891, etc.)

3. Nullo hucusque extante Ecclesiae vetito, circa dies privilegiatos, de quibus in casu, pluribus in locis recolendos, neque dicendum est illicitum esse, pluribus in Ecclesiis, diebus respective privilegiatis, servatisque ceteris de iure servandis, dies III, VII, XXX et Anniversarios recolare, quod ceterum in maius cedet defunctorum auxilium.

IV. An bene se gesserit Parochus Augustinus, iuxta quod in casu expositum est, an potius ratio pro dissidentibus pugnet?

1. Probatam in Ecclesia praxim, quam in praecedentibus vidimus, et non superstitionem, sequutus est Augustinus Parochus, cum in animae Caroli, amicissimi sui suffragium celebrandum statuit diem III nec non VII XXX et Anniversarium, dictis spretis eorum, qui ignorantia ducti ei adversabantur.

2. Impeditis diebus ab obitu Caroli, ut Missam iuxta Rubricas et Decreta celebraret, optime illos a depositione cadaveris computavit; cum talis computando ratio, adsit necne

impedimentum, in libertatem sit sive Missas petentium, sive Rectorum Ecclesiarum, sicut ex ante solutis quaestionibus resultavit. Qui praxim supputandi ex die mortis sequuntur, profecto, sicuti et Augustinus in Caroli favorem effecisset nisi calendarum opponeretur, ut ex casu expositione videtur, quamvis sua consuetudo tulerit tales dies computandi a sepultura, defunctorum animabus favent. anticipantes suffragia; sed ad iuris apicem nemo ad alterutrum a digitur.

3. Quid de Missa, saltem cum cantu, ab Augustino obtenta in duabus Ecclesiis, quas Carolus benefactis obtenta cumulaverat, iisdem diebus, non impeditis? Optime factum: nil sane opponitur, non liturgica lex, non parochialia iura. Altera in Ecclesia impedita die impedimento, putamus, liturgico. secus nullo privilegio amplius hae Missae fruuntur, recto consilio provisum fuit ut XXX recoleretur prima die a duplici II class, libera, quamvis materialiter ad longius protrahendus esset tempus, quod in casu, formaliter semper trigesimus dies esset et privilegiatus.

Parochus igitur omnia ad legis apicem, in his quae ad casum pertinent, in Caroli defuncti beneficium implevit; hinc laudandus, et aliis plurimis tamquam exemplar proponendus, qui rerum eiusmodi parum sunt gnari, aut peius easdem, maximo cum suo et defunctorum damno, deplorabiliter parvipendentes.

**SECCION III.**

DE la SECRETARÍA del GOBIERNO ECLESIASTICO

A fin de dar gracias á Dios Nuestro Señor por los beneficios recibidos de la divina liberalidad, durante el siglo que está para concluir; por disposición del Ilustrísimo y Reverendísimo Señor Arzobispo se reitera la recomendación que hizo S. S. Ilma., en su Carta Pastoral del 24 de Mayo del año en curso, para que el 31 del corriente mes de Diciembre, á media noche, se celebre una Misa en todos los templos de la Arquidiócesis que están á cargo de algún Sacerdote, y en los cuales se ha conservado de continuo y debidamente la Sagrada Eucaristia

Conforme al Decreto *Urbis et Orbis*, de 13 de Noviembre de 1899, inserto en dicha Carta Pastoral, podrá exponerse el DIVINÍSIMO SACRAMENTO á la pública adoración de los fieles durante la Misa que deberá ser la de la fiesta *in Circuncisione Domini et Octava Nativitatis*, rezada ó cantada, segun lo permitan las circunstancias de las Iglesias.

Espera S. S. Ilma. que los Señores Eclesiásticos, con celo verdaderamente sacerdotal, exhortarán á los fieles, con la debida anticipación, á purificar sus almas en el Santo Tribunal de la Penitencia para que, en esa Misa de media noche, ó fuera de ella, puedan recibir la Sagrada Comunión, aprovechándose de la inusitada gracia que para esta ocasión se dignó conceder nuestro Stmo. Padre el Señor León XIII.

Concede, además, el Ilmo. y Rmo. Sr. Arzobispo, que en las cabeceras de parroquia, Vicarías y capellanías rurales, donde no hubiere más que un Sacerdote, y existiere, como queda dicho el Sagrado

Depósito, pueda tal Sacerdote, binar, día primero de enero próximo, á fin de que á más de la Misa de media noche, haya la de feligresía, á la hora acostumbrada.—Guadalajara, Dbre. 6 de 1900.

J. ALONZO,  
Prosecretario.


Nombres de los Sres. Sacerdotes que hicieron Ejercicios en el mes actual.

Señor Cura D. Jesús T. Orozco.  
" " " Francisco Loera.  
" " " Francisco Javier Gómez  
" " " Carlos María López  
" " " Carlos Bermejo.  
" " " Domingo Rosas.  
Sr. Pbro. D. Noberto Rivera.  
" " " Gonzalo H. Acosta.  
" " " Francisco Quiñones.  
" " " Gregorio Cornejo.  
" " " Silviano García.  
" " " Delfino Reyes.  
" " " Celso Galindo.  
" " " Encarnación Rivera.  
" " " Víctor Diaz.  
" " " Timoteo López.  
" " " Miguel Iñiguez.  
" " " Florentino Munguía.  
" " " Enrique Torres.  
" " " Román Aguilar.  
" " " Juan Magdaleno.  
" " " Francisco Fernández.  
" " " Francisco Cervantes.  
" " " Andrés L. Araiza.  
" " " Antonio Correa.  
" " " Eliezer Lazcano.  
" " " Enrique Gómez.  
" " " Rosario Torres.  
" " " J. del Refugio Orozco.  
" " " Pascual Arriola.  
" " " José M. de Alba.  
" " " J. del C. Amado.

Guadalajara, Noviembre 30 de 1900.

**COLECCION**

DE DOCUMENTOS



ECLESIASTICOS.

Imp. de Luis G. González. Alcalde 8<sup>o</sup>.

Resp. Jesus Berrueco.

TOMO IX GUADALAJARA, DICIEMBRE 22 DE 1900. NUM. 72

**SECCION I.****LEO PAPA XIII****DE IESV CHRISTO****REDEMPTORE.**

Venerabiles Fratres Salvtem Apostolicam

Benedictionem.

[CONCLUYE.]

Ex quo intelligi debet, illud esse in professione christiana praecipuum planeque necessarium, praebere se ad Iesu Christi praecepta docilem eique, ut domino ac regi summo, obnoxiam ac devotam penitus gerere voluntatem. Magna res, et quae multum saepe laborem vehementem

que contentionem et constantiam desiderat. Quamvis enim Redemptoris beneficio humana sit reparata natura, superstes tamen in unoquoque nostrum velut quaedam aegrotatio est, infirmitas ac vitiositas. Appetitus varii huc atque illuc hominem rapiunt, rerumque externarum illecebrae facile impellunt animum ut, quod lubeat, non quod a Christo imperatum sit, sequatur. Atqui tamen contra nitendum, atque omnibus viribus repugnandum est cupiditatibus *in obsequium Christi*: quae, nisi parent rationi, dominantur totumque hominem Christo ereptum, sibi faciunt servientem. *Homines corruptimente, reprobi circa fidem, non efficiunt ut non serviant...., serviunt enim cupiditati triplici, vel voluptatis, vel excellentiae, vel spectaculi.* (1). Atque in eiusmodi certamine sic quisque affectus esse debet, ut molestias etiam et incommoda sibi suscipienda, Christi causa, putet. Difficile, quae tanto opere alliciunt

1 S. Aug. De vera rel., 37.